

# ITINERA LITTERARIA IN CHRONONAVE

## AB IOSEPHO ROJAS ALIAS “JARCIO” COMPOSITA

### QVARTVM ITER:

Rursus pervenimus ad Medium Aevum, quod dicitur, et alumnum adolescentem<sup>1</sup> visimus qui pulchrum carmen scribit: quod carmen numeratur inter *Carmina Burana* saeculo XIIIo scripta:

feror<sup>2</sup> ego veluti<sup>3</sup> sine nautā navis,  
 ut per vias aeris vaga<sup>4</sup> fertur avis;  
 non me tenent vincula, non me tenet clavis<sup>5</sup>

---

1. **adolescens, adolescentis**, subst. m. est qui iam non est puer aut puella, neque est adultus.

2. **feror** est verbum temporale: ‘fero’, sed voce passivā.

3. **veluti** est particula : **ut**.

4. **vagus, vaga, vagum** est adiectivum et significat: qui errat. ‘nigra ovis per silvam errat. vaga ovis errat in silvā.’

5. **clavis**, -is, subst. fem. est instrumentum quō ostium aperitur.